

HIERONYMVS GERARDVS PROCANCELLARIVS VVIR-
tenbergicus.



Hieronymus honestis parentibus natus, & à
pueris in omni genere literarum & uirtutum
educatus fuit. Is cum fœlici ingenio esset præditus,
uarias Academias accessit, & artium ac linguarum
sibi magnum usum cōparauit. Postea quoq; Iuris-
prudentię strenuam operam nauauit, & in ea facul-
tate Doctoralia insignia impetravit. Erat is facun-
dia naturali insignis, præterea rebus expediendis
promptissimus. Id cum princeps Vuirtenbergicus
Christopherus intellexisset, Hieronymum in suum
consilium adoptauit, atq; Pro cancellarium consti-
tuit. Eam functionem is optimè administravit, atq;
ut omnia domi forisque rite peragerentur, cum Io-
hanne Fesslero Cancellario uiro clarissimo, sui
principis nomine diligenter
curauit. Hisce uirtutibus Hieronymus exornatus etiamnum pergit, &
effecit, ut meritò claris Germaniæ uiris connumeraretur. A-
nonymos,